

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.



1744.

1. Beshnellerus, Geth. Christ: De Commodis ac periculo praedii venditi ante resignationem judicalem
2. Cellius, Christoph Ludw: De jure infantium.
3. Cellius, Christoph Ludw: Stillitidiam altius tolli posse etiam cum damno vicinitatis . . . dispo-  
sitione vincet.
4. Henaceus, Christianus: Ost. juridici . . . Decanus.  
Lectori benevole d. l. p. (ad Disputatorem Joannis  
Lucati Poesneri invitat)
5. Hwlerus, Jo. Christianus: Num foeminae ab perversita-  
tibus juris laevorem quam habeat non mercantur  
~~52 Beckmann, Joh. Valthar: De privilegio mercatorum. Gehört nach Fensci 1667.~~
6. Hwlerus, Joanne Christianus: De origine cambio-  
rum.
7. Hopmannus, Carolus Gottlob: De obligatione christia-  
norum ad observationem legum divinarum de  
incestis fugiendis Bp. II.



8. Leyser, Augustinus, a. : De relegatis  
9. Leyser, Augustinus, a. : De fuga militiae  
10. Leyser, Augustinus, a. : De poenis clericorum  
11. <sup>a</sup>Mencke, Leonhard Ludovicus : De reprobationis in iure

in praescriptione  
11<sup>b</sup> Remhard

12. Rivinus, Andreas Florens : Ord. jur. . . . Decimus :

lectri benevole : (ad reprobationem inang. Joanni  
Gutheri Schid. invitat)

13. Rivinus, Andreas Florens : Ord. jur. . . . Decimus : lectri

benevole s. (ad reprobationem inang. Aug. J. J. J. J.  
Lichtenher invitat).

14. Rivinus, Andreas Florens : Retractum legale  
in locutione locum non habet . . . et dissentit

15. Rivinus, Andreas Florens : De verborum significatione  
atque usu distinctionis rerum <sup>ganonum</sup> <sup>fundamentalium</sup>  
allodialium et mobilium.

16. Vater, Abrahamus : Ord. med. . . . Decimus . . .

cornu cervi montanum a fimo arboris fagi, cui  
adhærit, vocatur.

1745

1. Buermann, Georg Frider : Programma theomathis alge-  
brae demonstrationem exhibens.
2. Bastineller, Gell. Christianus : theod. juridicae . . . Pro. De-  
canus : lectori generali s. p. d. (ad dissertationem inaugura-  
lalem "Guttedmi Foderer: ~~theod.~~ Kraecheri scripta")
3. Bastineller, Gell. Christianus, theod. juridici . . . Pro. Decanus.  
lectori generali s. p. d. (ad dissertationem inaugura-  
lalem Joannis Christiani Zorn scripta)
- 4<sup>ae</sup> = Bastineller, Gell. Christianus : De Responsionibus de Formis  
mensurae et ad processum denunciationis Ange-  
Praeceptum dictum . 2 Incept.
5. Bastineller, Gellhartus Christianus : Nepos patris  
collatione literatus
6. Hanaccius, Christianus : De vasallo proinde in causa  
Jominii directi dubia.
7. Hassen, Martinus : De poenis occulte surratis



8. Leyer, Augustinus, a : . . . - - - - - Consiliarius et i . . . Collegio  
cum, quae Vitebergae jura dicunt et respondent praeses  
ordinarius: Lecturis salubem (ad Disputationem Georgii

~~8. Leyer, Augustinus, a : . . . - - - - - Consiliarius et i . . . Collegio~~  
~~cum, quae Vitebergae jura dicunt et respondent praeses~~  
~~ordinarius: Lecturis salubem (ad Disputationem Georgii~~  
~~de Horsesi Haas invitat)~~

9. Leyer, Augustinus, a : De ictu fastidium -

10. Leyer, Augustinus, a : De perperione tormentorum -

11. Leyer, Augustinus, a : De fisco -

12. Petri, Gottlieb Samuel : De vera mendacii et falsiloqui  
differentia

13. Ritter, Joannes Daniel : Historiam praefecturae praetori-  
anae ab origine dignitatis ad Constantinum M. recen-  
sens . . . - - - - - philosophiae styque artis poeticae con-  
datis s. p. 2.

14. Rivinus, Andreas Florens : De remedio legis vel. C. 2.  
De fidei commissis et eorum creatorem.

15. Rivinus, Andreas Florens : De jure faciei in foro  
civiti :

16. Rivinus, Andreas Florens : De immutabilitate foreorum ab onere  
reperiendi aedificia ecclesiastica.

17. Warner, Joannes Muller : De collegiatiatorum secta.





13

1794 12

ORDINIS IVRIDICI  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T

DECANVS  
ANDREAS FLORENS  
RIVINVS D

POTENTISSIMI REGIS POLON. ET PR  
ELECT. SAXON. CONSILIARIVS AVLAE INST  
IVSTIN. PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS  
CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABINATVS  
VITEMBERGENSIS ASSESSOR

LECTORI BENEVOLO

S



ORDINIS IURIDICI  
IN ACADEMIA VITIMBERGENSI

H. T.


DECANVS  
ANDREAS FLORENS  
RIVINVS D.

POTENTISSIMI REGIS POLON. ET PR  
SELECT. SAXON. CONSILIARIVS AULAE INST  
V. S. T. IN PROFESSOR EVBLICVS ORDINARIVS  
CVRIAE PROVINCIARVM ET SGABINATVS  
VITIMBERGENSIS ASSESSOR

LECTORI BENEVOLO

2





Q. D. B. V



ta cum mortalibus est comparatum, ut plerique formidine magis mali, quam virtutis amore et naturae bonitate iustitiae ac aequitatis tramitem sequantur; hinc praemiis et poenis est opus, ut utrumque tempus, et bellorum et pacis recte possit gubernari. Haec sunt duo fulcra, quibus uniuersa Reipublicae salus et securitas continetur. Haec sunt belli, sicut pacis iura, ut *LIVIVS* ait *Lib. V. cap. 27*. Praesertim autem disciplina militaris, ut inquit *VALERIVS MAXIMVS Lib. 2 Cap. 7 n. 14* asperio castigationis genere indiget: quia vires armis constant,

A 2

stant, quae ubi a recto tenore descuerunt, oppres-  
sura sunt, nisi opprimantur. Quam ob rem Roma-  
ni quoque, militares poenas grauiore esse debere pa-  
ganis, censabant. Atrocitas enim poenae, sine dubio  
teste LIVIO *Lib. IIX cap. 8* obedientiorem duci mi-  
litem facit. Hinc MODESTINVS *l. 3 §. 15. D. de re-  
milit.* vniuersalem ponit regulam: in bello, qui rem a  
duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capi-  
te punitur; etiamsi res bene gesserit. Sola igitur obe-  
dientiae gloria iis est relicta, quam nonnulli sponte  
in se suscipunt: Et modeste parent, quos aliquando,  
vt imperent, dignos iudicat CICERO *Lib. III de Le-  
gib. cap. 2.* Alii e contrario sunt, qui praemiis et va-  
riis priuilegiorum generibus, quae illis ad acuendam  
fortitudinem viuus, et ad diuturnitatis memoriam in  
aeuum relinquendam in acie mortuis largiuntur, al-  
liciuntur, et in officio continentur. Sed de FOENIS  
MILITVM, non de eorundem praemiis, hoc loco non  
nihil dicturus sum.

Quemadmodum vero admissa delicta militum,  
aut propria sunt, aut cum ceteris communia; ita et  
persecutio eorundem aut propria, aut communis est, vt  
MENANDER scribit *l. 2 pr. D. de re milit. iung. l. 6 D. eod.  
et Mand. Potentiss. Regis nostri d. Dresd. d. 28. Dec.  
1737.* Quod ad milites enim attinet, certo certius est,  
quod

quod quantum ad delicta, si plane ea militaria, alium iudicem non agnoscant, quam militem confessum. *l. 9 D. de custod. et exh. reor. l. 6 Cod. de iurisd. l. 1 Cod. de offic. mag. milit. et IUVENAL. Lib. V Satyr. XVI v. 15 seqq.*

Legibus antiquis castrorum, et more Camilli  
 Seruato, miles, ne vallum litiget extra,  
 Et procul a signis. Iustissima centurionum  
 Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit  
 Ultio, si iustae defertur causa querelae.

Vnde ipsorum iudicium appellatum est ducianum  
*l. fin. §. 3 Cod. de re milit. in quo copiarum duces iudicum funguntur officio.*

Genera autem poenarum militarium recenset  
 MODESTINVS in *l. 3 §. 1 D. de re milit.* Poenae militum, inquit, huiuscemodi sunt, castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiae mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio, de quibus videtis  
 PETR. FABR. *semestr. Lib. 1 C. 17.* Nemo autem veterum naturam poenarum militarium profundius rimatus est, PAVLO ICTO, PAPINIANI aemulo, qui non tantum de eorundem poenis, sed etiam paganorum *l. 89 D. de furt. l. 2 D. de recep. l. 23 D. ad L. Corn. de fals. l. 21 D. de quaest. immo omnium legum l. f. D. de L. Pompei. de par. et l. 2 D. ad Sctum Turpill.* ut maiore accuratatione inuicem discernentur, integros conscripsit libros, uti ex indice Pandectis praefixo et legum



inscriptionibus constat, qui tamen ad nostram non  
 perueniunt aetatem, praeterquam ex hisce quaedam  
 fragmenta, et quidem de *poenis militum* in Digestis  
 supersunt non nisi tria in *l. ult. D. de furt. bal. l. 8 D*  
*de custod. et exh. reor. et l. 14 D. de re milit.* e quibus  
 tamen seueritas poenarum militarium luculenter satis,  
 opinor, elucescit. Testantur id quoque et aliae leges  
*l. 7 §. f. D. ad L. Iul. Mai. l. 3. D. de re milit.* nec non  
 tot loca auctorum, apud TACITVM *Lib. XIII annal.*  
*cap. 35. SVET. in Vita Aug. c. 24 et AMMIANVM*  
*MARCELLINVM Lib. XXIV c. 3 vbi de IULIANO;*  
 decem milites, ex his, qui fugerant, exauctoratos ca-  
 pitali addixit supplicio, secutus veteres leges: et idem  
 MARCELLINVS *Lib. XV c. 3 de gradus deiectione;*  
 vt MODESTINVS in *l. 3 D. de re milit.* loquitur, i. e.  
 vt miles in deteriolem militiam detur, interprete ME-  
 NANDRO *l. 4 §. II D. de re milit.* et CALLI-  
 STRATO in *l. 12 pr. D. de custod. et exh. reor.* testa-  
 tur, eamque *Lib. XXIV* quoque intelligit, cum di-  
 cit; reliquos ex ea cohorte, qui abiecte sustinuerant  
 imperum grassatorum, ad pedestrem compegit mili-  
 tiam, quae onerosior est, dignitatibus imminutis. Sic  
 etiam ad hordeum ablegatio procul dubio ignominio-  
 sum poenae militaris erat genus. Etenim militibus,  
 qui male rem gesserant, hordeum loco frumenti da-  
 tum. Vnde FLAV. VEGETIVS *Lib. I. Cap. 13 de*  
*re milit.* ita seuerè apud maiores exercitii disciplina  
 serua-

seruata est, inquit, vt milites, qui parum in pro-  
 fusione profecerant, pro frumento hordeum cogerentur  
 accipere; nec antea eis in tritico redderetur annona,  
 quam sub praesentia praefecti legionis tribunorum,  
 vel principum, experimentis datis, ostendissent, se o-  
 mnia, quae erant in militari arte compleffe. Et SVE-  
 TONIUS in AVGVSTO *cap. 24*: cohortes, si quae  
 cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Eandemque  
 militiae poenam ANTONINVM exercuisse refert PLV-  
 TARCH. in ANTONINO et plura exempla congeffit  
 STEWECH *ad Vegetium d. l. p. 46*. Non absimilis hisce,  
 quam LIVIVS *Lib. XXIV. cap. 16* recenset, poena  
 est, TITVM SEMPRONIUM GRACHVM milites,  
 qui secessionem fecerant in poenam derectatae pu-  
 gnae iureiurando adegisse, non aliter, quam stantes,  
 cibum portionemque, quoad stipendia facerent, captu-  
 ros esse; addentem, hanc multam ita aequo animo fe-  
 retis, si reputatis, nulla ignaviae nota leuiore vos de-  
 signari potuisse.

Sicuti autem pleraque in MILITIA ECCLE-  
 SIASTICA exemplo MILITIAE ROMANAE fu-  
 erunt instituta, quod facta vtriusque militiae colla-  
 tionem in officiis, dignitatibus, disciplina, exercitiis,  
 regulis facile ostendi posset, vti belle observavit EDM.  
 MERILLIVS *Lib III. obs. cap. 2*. ita nec difficile fo-  
 ret

ret idem seorsim in poenis militum Christi, seu clericorum, vti vocantur 2 F. 21. ostendere; sic namque delicta eorum quoque sunt vel ciuilia, seu communia, vel ecclesiastica, seu propria, quae castigatione eccle, siastica et multa egent *Nouell. Iustin. 83 Praef. § 2 et Cap. I.* Nec aliunde arcessenda est origo degradatio- nis clericorum: copiose hoc confirmat **BONIFACIUS VIII Cap. 2. de poenis in 6to** Actualis, siue solennis coelestis militiae militis i. e. clerici degradatio fiet, vt exauctorizatio eius, qui militiae deseruit armatae, cui militaria detrahuntur insignia, sicque a militia remo- tus castris eiicitur, priuatus consortio et priuilegio mi- litari. Clericus igitur degradandus vestibus sacris in- ductus, in manibus habens librum vas, vel aliud in- strumentum, seu ornamentum ad ordinem suum spe- ctans, ac deberet in officio suo solenniter minifra- re, ad Episcopum praesentem adducatur, et eodem more ecclesiastica ornamenta eidem auferre iubet. In- ter omnes enim constat, milites quibusdam poenis non potuisse affici, nisi essent exauctorati, detractis armis et discincti, vestimentis militaribus exuti l. 2 § 2. *D. de his qui not. inf. l. 29 D. de liber. caus. l. 7 D. re milit.* Sed de hisce me plura dicturum impedit praesens disputatio Inauguralis **DE POENIS CLERICORVM**, quae huic lucu- brationi ansam dedit, quamque **PRAESIDE VIRO GE- NEROSISSIMO ILLVSTRI AMPLISSIMO AT**



QVE EXCELLENTISSIMO AVGVSTINO A LEY  
 SER, *Potentissimo Poloniar. Regi et Principi Elect. Saxoni  
 a consiliis aulae atque iustitiae consistorii ecclesiastici di-  
 rectore curiae prouincialis ac scabinatus adsessore pri-  
 mario et ordinis iuridici Ordinario.* Nobil. CANDIDA  
 TVS IOANNES GÜNTHERVS SCHILD, *Francohusanus,*  
 tuebitur, in qua et hoc argumentum pag. 42 perele-  
 ganter tractatum esse deprehendi. Hoc vnicum addere  
 liceat, militem in duabus militiis eodem tempore inferi  
 prohiberi *l. 5 Cod. qui militare poss.* ita et Clericos in  
 duabus Ecclesiis militare *can. presbyteros 16 qu. 1* sed  
 longe aliter rem sese habere in hodierna militia toga-  
 ta forensi *l. 14 Cod. de Adu. diuers. iudic.* quam vrba-  
 nam appellat CICERO in *Orat. pro Muraena c. 19.* A-  
 pud nos enim oportet Candidatum Iuris, qui ad sum-  
 mos honores adspirat, et causas seculares et Ecclesi-  
 asticas in foro agere intendit, in Iure Ciuili, pariter ac  
 Canonico esse versatissimum, adeo, vt antiquum ti-  
 tulum Legistae et Decretistae, qui olim valde inter  
 se pugnant, mereatur. Talem quoque in vtroque  
 examine se praestitit CANDIDATVS noster, vt inde  
 dignus iudicaretur, cui habita Disputatione, pro LI  
 CENTIA, summi vtriusque iuris honores tribueren-  
 tur. Audiamus igitur eius laudatissimae vitae curi-  
 culum, quod ipse in chartam coniecit:

B

Ego

Ego, IOANNES GUNTHERVS  
 SCHILD lucem hanc adspexi Francoburgi anno a  
 Sotere nato c 13 13 CC XIX. d. 2. Febr. Patre natus  
 L. IOANNE LVDOVICO SCHILD, Illu-  
 strissimo Comiti de Stolberg a Consiliis, praefecturae,  
 quae est Hohensteinii, praefecto; matre vero MA-  
 RIA SOPHIA, ex MICVLCIATVM gente  
 prognata. Ab ineunte statim aetate optimus parens  
 domi in disciplinam VV. Cl. ROHRBACHII et  
 TEBELII, Lycei patrii h. t. Subconrectoris me tradi-  
 dit. Deinceps publici, quos patrium Lyceum alit, Doctores  
 ad excellendum ingenium egregiam operam contulerunt,  
 quibus singulis sua laus, suis honos debetur. Inter  
 illos, quibus usus sum, honoris causa et cum gratif-  
 simae mentis testificatione nomino supra iam dictum  
 TEBELIVM, nec non IAEGERVVM, HOERIVM,  
 et BORCKIVM. Ducibus his ingenii industriae-  
 que specimina semel ac iterum dedi, et natura ductus,  
 non renuente patre, iurisprudentiae studio me con-  
 fecraui. Non indignus academicis subsellis visus  
 Ienam adii, et albo academico c 13 13 CCXXXIIX. d. 21  
 Apr. fasces academicos tum temporis tenente viro magni-  
 fico et excellentissimo WIDEBVRGIO, Mathef. P. P. Q  
 sum inscriptus. Ita vero studiorum in academia rationes  
 inii, ut illas primum artes scientiasque addiscerem, quae  
 iurisprudentiae et praesidio et ornamento sunt. Itaque  
 ad philosophorum scita pernosceda animum adieci, praec-  
 ceptoribus usus excellentissimis philosophiae doctoribus.  
 Frequentavi viri excellentissimi STELWAGII  
 praelectiones logicas atque iuris naturae, metaphysicas  
 et morales praenobilissimi MVLLERI, sub cuius  
 prae-

praesidio disputationem de CEREMONIIS defen-  
 di. Inprimis autem viro excellentissimo atque experi-  
 entissimo HAMBERGERO omnia, si quae ex phy-  
 sicis et mathematicis in me sunt, me debere, ut publice  
 profiterar, fas est. In scholis viri magnifici BVDERI  
 accessiones feci in historiarum cognitione. Quum ad  
 iurisprudentiae studium adpellerem animum, viros ex-  
 cellentissimos, MOTERVVM in suis ad institutiones,  
 STENGERVM ad iurisprudentiam Romano Germa-  
 nico forensam, DITMARVM ad digesta, atque ECK  
 ARDVM ad historiam iuris praelectionibus sedulo au-  
 diui. Venerari mihi quoque licebit viros magnificos et ex-  
 cellentissimos ESTOREM et ENGAVIVM, quos in  
 iure feudali atque canonico maximo cum fructu semper  
 auscultavi. Elapso fere triennio, interueniente parentis  
 morte, ut domum redirem, necessitas suadebat, peractis ta-  
 men meis negotiis Vitembergam, cuius fama ob celebra-  
 tem doctorum per orbem iam percrebuit, me contuli, et  
 Rectore Magnifico, summe Reuerendo ZEIBICHIO, The-  
 ologiae P. P. O. in numerum ciuium academicorum c. 10 I. 3  
 CC. XL. d. 21. Oct. receptus sum. Si quid vnquam mihi  
 contigit, de quo felicem me praedicare possim, hoc loco  
 factum est profecto, in quo tot sapientiae heroes, tot do-  
 ctiores eruditissimos, tot praeceptores venerabundo ani-  
 mo conspicio. Nominare mihi liceat Illustrem atque  
 Excellentissimum meum PRAESIDEM, cuius do-  
 ctrinis iuris Canonici et Publici solidissimis me interfu-  
 isse, magnopere mihi gratulor. In iure criminali quan-  
 tum Illustri BASTINELLERO, in digestis Illustri  
 CRELLIO, in iure Controuerso Illustri RIVINO,  
 in iure feudali, historia Romano Germanici Imperii, et  
 practi-

*practicis doctrinis Viro Consultissimo. STVRMIO  
debeam, dici non potest. Vita fere per biennium in  
hac musarum sede sic peracta, per aliquot tempus in pa-  
triam reuersus et priuatim et in foro studiis magis ma-  
gisque operam dedi, nunc vero ad altiora aspirans Pa-  
tronis et Praeceptoribus maxime venerandis illorum ra-  
tiones reddendas esse putavi.*

Superest itaque publicum specimen, DIPVTA  
TIO pro Licentia, quam proximo die Iouis, XIX  
Martii, horis ante et post meridiem consuētis, Or-  
natissimus Candidatus noster ex cathedra Diui Lu-  
theri habebit. Quem actum, vt Rector Acadamae  
Magnificus, Professores omnium Ordinum Excellen-  
tissimi, et quicumque Musas amant, ciues hospites  
que generosissimi nobilissimique praesentia sua exo-  
ptatissima splendidiorem ornatoremque reddere ve-  
lint, ea, qua par est, obseruantia et humanitate rogo  
atque contendo P. P. Vitembergae d. XV.


Martii A. cIo Io cc XLIV.

---


V I T E M B E R G A E  
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELD I  
ACADEMIAE A TYPIS.

SS ) o ( SS











Wittenberg, Diss., 1744-45

ULB Halle

005 310 547


3



W 78







13

1794 12

IS IVRIDICI  
A VITEMBERGENSI  
H. T  
CANVS  
S FLORENS  
INVS D  
REGIS POLON. ET PR  
ONSILIARIVS AVLAE INST  
OR PVBLICVS ORDINARIVS  
CIALIS ET SCABINATVS  
GENSIS ASSESSOR  
I BENEVOLO  
S

